STRIS primas agis, qui valens longo uſu regendi nihil moliris, quin e bono publico ſit, commodoque Patriæ ſerviat, cujus utilitati pariter ac dignitati feliciſſimo eventu conſuluiſti ſemper & providiſti. Teſtantur id infiniti labores TUI, pro poſteritate ſuſcepti, quorum magnitudo omnem orationis ubertatem ſuperat; ut nihil nunc dicam de incredibili animi robore, ſumma agendi peritia, cognitaque omnibus incomparabili conficiendi ſolertia: quibus virtutibus ſtipatus dignam Principe Senatore perſonam ſuſtines, Principalium negotiorum fidus Adminiſter.